



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 64. Piæ foundationes Papæ Pii V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI  
A.C. 1571.

augustiores redderent: ubi præprimis notabantur celebris Pirata Caragialius, & Mehemetes Sangiacus Eubææ Præfectus, qui prælium inire validis rationibus dissuadebat.

Postea Marcus Antonius Columna Ecclesiæ de Ara Cæli donaverat argentæam Christi Domini columnæ pariter argentææ alligati imaginem, cui ad conservandam hujus victoriæ memoriam quædam inscriptio fuerat affixa: de cetero cum in ejusmodi eventibus alias festiva instituerentur convivia, Marcus largas potius eleemosynas in pauperes erogandas, necnon ad dotandas inopes Virgines distribuit.

§. LXIV.

*Piæ foundationes Papæ Pii V.*

Ciacon. vit.  
Pontif. t. 3.  
pag. 104.  
Duchesne  
h. st. des Pa.  
pes p. 480.

Sub idem tempus Pius V. pluribus piis foundationibus suum nomen celebre reddebat, ac præprimis Patavii Collegium, quod Ghislerianum dicebatur, ad juvenes in pietate, & scientia educandos erexit, simulque Monasterium Fratrum Prædicatorum Boschi, quod est exigua urbs prope Alexandriam Statellorum sita construi jussit, dotavitque: in Ecclesia vero Beatæ Mariæ supra Minervam in Caraffarum Sacello magnificum erigi curavit mausoleum in honorem Pauli IV., a quo purpura erat deco-



decoratus, parique gratitudinis testi-  
monio Cardinalium Carpii, & Alphonfi,  
qui ipsum beneficiis cumulabant, me-  
moriam celebrabat: denique edito di-  
plomate die sexto Octobris cunctis Diæ-  
cesium Episcopis præcepit, ut quilibet  
in sua Ecclesia unam, vel plures Sodali-  
tates erigeret, quarum institutum haud  
abfimile esset Congregationi, quæ de  
doctrina Christiana Romæ pro juveni-  
bus imbuendis instituta erat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1571.

§. LXV.

*Pontificis studium in vindicandis Sedis  
Apostolicæ juribus in Neapolis,  
& Sicilia Regnis.*

Idem Pius V. Thomam Orphinum  
Strongylanum Antistitem in Neapo-  
lis Regnum, in Siciliam vero Paulum  
Odescalcum Civitatis-Pernæ Episcopum  
ablegabat, ut hi utriusque hujus regni  
Ecclesias lustrarent: cum autem Magi-  
stratus hisce Prælati, nisi prius illum  
accederent, atque ab eo licentiam ob-  
tinerent, demandatum negotium exe-  
quendi facultatem denegaret, ac pa-  
lam declararet, quod juxta Monarchiæ  
jura Reges ex summi Pontificis privi-  
legio nati essent sacrae Sedis Legati,  
ac proin hæc jura violarentur, si am-  
bobus hisce Prælati suo officio defungi  
in-

*Gabut. in  
vita Pii V.  
Spond. n. 5.*